

PRÆSTANTISSIMIS, MA-

GNIFICIS, AC INTEGERRIMIS DOMINIS, CONSULIBUS,

Questoribus, Magistratibusq; alijs, vniuersoq; Senatui florentissimæ & amplissimæ ciuitatis Agrippinæ Coloniæ, F. Petrus Blomeuema Leidenfis, Carthusianorum in eadem vrbe Prior, ac circa Rhenum Viscicator, felicitatem.



VANT A sit scripturæ huius, videlicet quam canonicam vocamus, auctoritas, quanta item maiestas, P. C. neminem vnq; puto ad dubitasse, nisi qui aut prorsus infcus, aut omnino impius, spiritus sancto, quo (vt Petrus ait) loquuti sunt sancti Dei homines, resistere maluerit, q̄ credere. Neq; enim voluntate (quod ait) humana allata est aliquando prophetia, nec opera Dei admiranda, alio nobis doctore reuelata sunt, q̄ eo, quo & auctore sunt facta. Qui cum mentiri nesciat, ut potè veritas, tantum abest etiam, vt falsitatis quippiã lateat in scriptura. Hoc Saluator quoq; nos ter confirmat, non parum scripturæ tribuens, quãdo quòd solui hæc nequeat, dixerit. Proinde quicquid alio qui in cõtrouersia posset venire, citata scriptura pro illius testimonio & sententia, mox roboratur. Eam ob rem nõ solum Ecclesiæ Doctores, verũ Apostoli etiã, atque adeò Christus ipse, scripturæ non semel vsi sunt testimonij, quibus vel ea q̄ adstruenda erant, roborarent: aut q̄ cõfutanda, cõuellerent. Porro quid scripturæ debeat nomine censerit, si q̄s interroget, nihil ex nostro, sed Ecclesiæ iudicio arbitror proferendũ: nempe cum veteris tum noui Testamenti libros, eos videlicet, quos Cõcilium recenset Carthaginense tertium cap. XLVII. cui præter alios tum doctissimos tũ sanctissimos viros, diuini cõstat interfuisse Augustini: & qui cõmuni sunt Ecclesiæ cõsensu recepti, videlicet Genesis, Exodus, Leuiticus, Numerorũ, Deuteronomiũ, Iesu Naue, Iudicum, Ruth, Regũ libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Iob, Psalteriũ Dauidicum, Salomonis Prouerbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorũ, Sapientia, Ecclesiasticus, libri xij. Prophetarũ, Isaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith, Heister, Esdræ lib. ij. Machabæorũ lib. ij. Noui autẽ Testamenti lib. xxvij. Euãgeliorũ libri iij. Actũ Apostolorũ liber vnus, Pauli apostoli epistolæ xiiij. Eiusdẽ ad Hebræos vna, Petri apostoli duæ, Ioãnis apostoli tres, Iudæ apostoli vna, & Iacobi vna, Apocalypsis Ioannis Apostoli. Cõcordat his p̄ oia Conciliũ Tridentinũ, quod nostra hæc ætate celebratur, præter q̄ & librũ Baruch Hieremiæ noiãtim annectit & approbat, atq; deinde post enumeratos hosce, qui de canone dicuntur Ecclesiæ Catholice, libros, ista subiungit: Si quis autẽ libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueuerunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro sacris & canonicis non susceperit, anathema sit. Hos verò libros cum tanta ornet maiestas, tantãq; fulciat auctoritas, vt nemini vnq; nõ modo refragari, sed nec de eorũ veritate dubitare hæc tẽnus licuerit, in ijs tamẽ omnibus, quemadmodum de Paulinis epistolis Petrus testatur, cum sint quedã obscura ac difficilia intellectu, q̄ indocti instabilesq; præsertim hodiẽ, depræuent: quanta putamus laude dignos eos, qui suis vigilijs, sua opera atq; labore, q̄ obscura, lucida: q̄ abstrusa sunt, nobis manifesta reddidere? Quãtæ sunt itẽ illis gratiæ agenda, qui iuxta Saluatoris testimonij, nobis laborauerunt, nobisq; seminauerunt, vt nos eorum messem introituri, atq; segetẽ vberẽ capturi, alienis sudoribus epulareremur? Fuere enim qui in bibliorum vnũ alterum ve librum scripserint cõmentarios: fuere q̄ cõpures sint interpretati scripturæ libros. At verò qui in vtriuusq; testamentũ scripserint, atq; scripturã sacrã oẽm

1. Pet. 1.

Iohan. 4.

Iohan. 10.

1. Pet. 3.

Ioann. 4.